

# CAROLVS CONTARENVS

## DUX C.

*Electus die 25. Maii 1655. Obiit 1. Maii An. 1656.*

### SCHEMA VETVS.

*Auxi Remp. occupata Egene opulenta insulā. Vola urbe, cuius volabat fama,  
in Leonis mēi unguis incurrit: capta armatum vi seum sensit. Potentissimam  
Turcarum classem disseci. Alas ē Vela Turcis ademi.*



Ornu Ducale præfantibus Io: Pisauro, Leonardo Fusculo, Io: Barbadico, Hieronymo Fuscarenio, Bertucio Valerio D. M. Procuratoribus; à præturiis, Feltriae, Tarvisii, Iustinopolis, Brixiae, Veronae, & Magistratibus urbis ad solium vocatur Carolus Contarenus, dum vitam domi meditaretur beatam. Eum quæsivit Respublica, non ipse Rempublicam. Torvis respiciens oculis diadema, sprevisset oblatum, si Veneti non Reipublicæ nascerentur, sed sibi. Eius coniunx Paulina Lauredana, rara pietatis Princeps fulgere voluit sine diademate, merito coronata Religionis, atque